cipio dediſſem praeceptū: qđ in cremētis verbo℞ ꝓferendū eſſet ama
uerim⁹ amaueritis. docuerim⁹. docueritis ⁊ ſimiliter cadētia: accētu in
penultima circūflexo. Atqui iā nemo eſt vel mediocriter doctus: qui
nō ita ꝓferat. tātum potuit efficere iūcta cum ratione autoritas. Qđ
ſpero etiā futurū in ijs vocib⁹: de quib⁹ impraeſentia℞ diſputaturi ſu-
mus. Fallūt inquā regulę ſupiores: ⁊ primo quidē diſtinctione: hoc ē
differētię cauſa. Idq₃ quoſdā putaſſe debere fieri Quintilian⁹ refert.
Ceterū iam ſcio inqt eruditos quoſdā ⁊ nōnullos etiam grāmaticos
ſic docere ac loq: vt ꝓpter quędam vocū diſcrimina verbū interi acu-
to ſono finiāt: vt in illis. quę circū littora circum piſcoſos ſcopulos: ne
ſi grauē poſuerit ſecundā: circus dici videaꝛ: nō circuitus. Quod nul-
lo modo poſſe dici Quītilian⁹ ſtatim oſtēdit dicēs Mihi videꝛ con-
dicionē mutare: quod in his locis verba coniūgim⁹. Nam cum dico
circum littora: tāquam vnum dico diſſimulata diſtictione. itaq₃ tan-
quam in vna voce vna eſt acuta: quod idem accidit in illo Troię qui
primus ab oris. Haec Quītilian⁹. ⁊ ſubdit. ſeparata vero haec a prae
cepto noſtro nō recedent. Quod peride eſt ac ſi dicat praepoſitiones
ſuo caſui praepoſitas cum illo coaleſcere: cōmunemq₃ acccentum ha-
bere: quādoquidē vna vox vtraq₃ particula cēſetur: ita tamē vt prae
poſitionis ſyllabę omnes grauētur: ⁊ accētus accōmodetur dictioni
cui praepoſitio illa deſeruit. Quod ſi praepoſitio ſepareꝛ: qđ poteſt
fieri cum contra naturam ſuam poſtponitur: vt cum Vergilius dixit
tranſtra per et remos: et alio in loco. Errabāt acti fatis maria omnia
circum: aut per ſe praepoſitio ſine ſuo caſu profertur: vt cum dico cir-
cum praepoſitio iūgitur accuſatiuo: palam vero ablatiuo: tunc Qui-
tilianus dicit quod tales voces a praecepto ſuo non recedent: hoc eſt
quod ſequentur regulas accentus latini perinde ac ſi eſſent per ſe di-
ctiones. Quod vero Quintilianus ait diſtinctionem illam ſiue dif-
ferentię cauſam in aduerbijs tantum vendicaſſe quoſdam: id ſibi nō
placere oſtēdit: cum regulas proponēs: nihil excipit. Sed neq₃ legi
quemquā: cui⁹ auctoritas admitti debeat: qui hoc ſcripſerit. Neq₃ au
diui quemquam virum doctum: qui huiuſmodi loquēdi ratione ſit v-
ſus. Quod ſi quis mihi Priſcianum obiecerit: qui nō nihil huic prae-
ceptioni obſtat: vt me aliquādo tātis queſtionibus explicem: princi-
pio nō admittam libellum: qui ſub illius nomine inſcriptus de accen-
tu vulgo circumfertur: idq₃ doctiſſimorum conſenſu atq₃ compluri-
bus argumentis facile comprobatur. Nam quę de aduerbijs libro
quintodecimo atq₃ de alijs partibus orationis alijs in locis ſcripſit: